

coxarum posticarum attingente; antennis ochraceis, articulo secundo maris lineari, crassiusculo, latitudine capitis paullo longiore et margine basali pronoti $\frac{1}{4}$ vel paullo magis quam $\frac{1}{4}$ brevior, articulo primo feminae saepe fuscescente, secundo latitudini capitis aequali, ultimis simul sumtis secundo paullo (σ) vel sat (φ) longioribus; pronoto basi longitudine parum (σ) vel distincte (φ) magis quam duplo, apice longitudine paullulum vel parum (σ) vel distincte (φ) latiore, callis paullo obscurioribus; hemielytris abdomen circiter dimidio membranae (σ) vel paullulum (φ) superante. Long. σ $2\frac{4}{5}$, φ $2\frac{1}{2}$ mm.

Hab. in Algeria (Oued-Rhir!, Tougourt! quatuor specimina), D. Noualhier (Mus. Paris.).

Descr.: A speciminibus hemielytris virescentibus instructis corpore robustiore divergens, statura *T. tamaricis* Perr. similis, sed sat multo minor, tibiis nigro-punctatis, vertice latiore, articulo secundo antennarum brevior, hemielytris innotatis, membrana cum areolis tota albedo-hyalina divergens; a *T. tibiali* Reut. membrana albida innotata, venis in ochraceum vergentibus, rostro apicem coxarum posticarum attingente distinguenda.

19. *Tuponia vitticollis* Reut.

Diagn.: Superne sordide albedo-virens, longius densiusque albo-pubescent; capite dilute virescente vel albedo-virente, feminae saepe margine verticis medioque frontis magis minusve late ochraceis, utriusque sexus basi pronoti aequo lato, ab antico viso latitudine cum oculis duplo (σ) vel paullo minus quam duplo (φ) brevior, vertice oculo duplo (σ) vel duplo et dimidio (φ) latiore; oculis nigro-fuscis, nonnihil retrorsum vergentibus, maris magnis, sat convexis, sed supra superficiem verticis parum surgentibus; rostro apicem coxarum intermediarum attingente; antennis